



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

IV. Faunus idem ac Moses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

& Porphyrio. Id ille cum Mercurio, qui Moſes eſt, commune habet; item cum Jano, ut illic ſcribit Acron. Primitias fructuum ſibi vindicat apud Propertium & Ovidium; quod primitiæ frugum omnium, quas Deo offerebant Iſraëlitæ, pertinerent ad Sacerdotes, quorum de genere erat Moſes. Arma etiam apud Propertium tuliffè gloria: Moſem ἐν ἀπαισπρατῶν ἄεσον γαρονέου, in omnibus rebus exitium ducem ſe geſiſſe perhibent Joſephus & Clemens Alexandrinus. Vertumnum Deum Etruria facit Varro: Moſem divinis honoribus inſpiratæ gentes conſecrarunt.

IV. Rurſum Moſem nobis exhibet alter Romanorum Deus Faunus: quod probare promptum eſt, cum idem ille ſit ac Pan, quem Moſem eſſe vicinus. Corniger uterque, pinu coronatus uterque, Panicorum terricolorum auctor uterque: nam & id Fauno Dionyſius Halicarnaſſeus adſcribit. Bacchi comes uterque: nam & id Fauno tribuit Nonnus in Dionyſiacis. Fatidicus uterque: nam præter alios Virgilius Fauni oracula prædicat. Quin etiam in nomine Panis habetur origo nominis Fauni, ſi Salmaſio credimus. Itaque Fauni, qui Pan eſt, & Mercurii ſacra primus in Italia fertur inſtituiſſe Evander Arcas. Sacra autem patria hæc erant: nam Panem & Mercurium colunt imprimis Arcades; Panem vero præcipue, qui Deus omnium antiquiſſimus iſtis eſt & honoratiſſimus, ut ſcribit Dionyſius. Antiquiſſimum item Ægyptiis haberi tradit Herodotus: unde colligi obiter poteſt ex Ægyptiaca Theologia Arcadicam eſſe ortam. Panem eſſe Faunum oſtendit Ovidius, cum Lupercalia, quæ Pani celebrabantur, Fauni ſacra appellat; & Fauni ac Panis nomina promiſcue uſurpat. Idem alibi:

Exul ab Arcadia Latios Evander in agros

Venerat, impositos attuleratque Deos:

Sacraque multa quidem, sed Fauni prima bicornis

Has docuit gentes, alipedisque Dei.

Idem oſtendunt Cincius & Caſſius apud Servium, cum aiunt ab Evandro Faunum Deum appellatum. Servius alibi docet eundem eſſe Deum, Inuum, Panem, Ephialtem ſive Incubonem, Faunum, Fatuum, & Fatuellum. Paria propemodum diſerit Probus Virgilio Interpres: paria & Auctor libelli De origine gentis Romanæ: paria & Rutilius Numatianus in Itinerario. Quare inſigniter falſus eſt Libelli ejuſdem Auctor, & ante eum Dionyſius, & quicumque advenientem cum Arcadibus Evandrum à Fauno Aboriginum rege exceptum fuiſſe prodiderunt: nam quomodo excipi ab eo potuit in Italia, qui per eum primum cognitus in Italia & cultus eſt? Nec alium dicas; nam ſcribit diſerte Dionyſius Faunum Evandri hospitem, eum ipſum eſſe quem Romani inter Indigetes retulerunt: Auctor vero memorati Libelli eundem eſſe ac Panem. Nec idcirco negaverim Fauni nomen ulli deinde in Italia fuiſſe tributum; at Faunum Deum, ipſum eſſe Panem pertendo. Quædam tamen Fauni propria fabulatores voluerunt eſſe, ex quibus & Moſem eum eſſe coniecit: cujuſmodi eſt tempus quo dicitur viſiſſe; Orphei enim, qui Moſes eſt, æqualem facit Laſtantius. Æqualis quoque dicitur Herculis, qui eſt Joſue. Fatuam Faunam forem cum Laſtantius uxorem habuiſſe ſcribit: Amram Moſis pater, quem ſæpe cum filio confundi obſervavimus, uxorem habuit Jochabed forem patrualem. Faunam hanc eandem eſſe ac Maiam notat Cornelius Labeo apud Macrobius: Maiam autem quidam Vulcani uxorem, plerique Mercurii matrem, quidam Semelen Bacchi matrem putant, ut ibidem monet Macrobius. Vulcanus autem, Mercurius, & Bacchus, Moſes ipſe eſt. Narrat Cedrenus & Suidas Faunum eundem eſſe ac Mercurium; vaſtrum illud fuiſſe, diſertum, Mathematicarum & Naturalium diſciplinarum peritum, Philoſophum, & futurorum præſcium; quæ in Moſem omnia apprime quadrant. Addunt fratrum deinde inſidiis appetitum in Ægyptum fuiſſe, magna auri copia ſuffarcinatum; ibique pro Deo habitum, per annos undequadrageſima regnaſſe. His male diſſimulatur vera Moſis hiſtoria, qui fratrum & Ægyptiorum inſidias veritus, non in Ægyptum, ſed ex Ægypto profugit, & annis quadrageſima, multi itidem auri locuples, Iſraëlitis præfuit; & divinos demum honores in Ægypto adeptus eſt. Ægyptios locupletariſſe dicitur Faunus apud eundem Suidam: Iſraëlitæ Moſes conſiliis ſuis ditavit, tum expilatis & ſpoliatis Ægyptiis, tum & parta armis uberrima regione. Vult Macrobius Maiam Fauni filiam fuiſſe, (Oma dicitur Servio, ſed mendose) & cum patri concubituſ ejus appetenti, ne myrtea quidem virga ab eo caſa, & vini poculis onuſta, morigeram ſe præbere vellet, ei tandem in ſerpentem mutato eſſe obſecutam; proptereaque in ejus templis vitem ſuperextendi, ex iſſeque ſerpentes caute abigi. In his Moſis virga in ſerpentem mutata, & Moſes ipſe in vini Deum à Mythicis converſus agnoſcitur. Metalla, metallorumque fundendorum, ac conſlandorum artem reperiſſe Faunum idem Suidas perhibet: qua re Prometheo, quem Moſem eſſe diximus, ſimilis eſt. Prudentiam Fauni laudat Dionyſius; Moſis Joſephus, qui

cer. Verr. 3.
Act. & Porph. in
Hor. Ep. 20. l. 1.
Prop. l. 4. El. 2.
Ovid. Met. 14.
Joſ. in Ap. l. 2.
Clem. Strom. 1.
Varr. libr. 4. de
Ling. Lat.

Faunus idem ac Moſes.

Dionyſ. Hal.
libr. 5.
Nonn. Dion.
libr. 13.
Virg. Æneid. 7.
Salmaſ. in Solin.
Dion. libr. 1.

Herod. libr. 2.
cap. 145.
Ovid. 2. Faſt.
& 5.

Serv. in Georg.
1. & in Æn. 6.

Prob. in Virg.
Georg. 1.

Rutil. Itin. l. 1.
Dion. libr. 1.

Laſtant. libr. 1.
Inſtit. cap. 22.

Macrobi. lib. 1.
Sat. cap. 12.

Suid. in
Φαυνοſ.

Macrobi. Sat. libr.
1. cap. 12.
Serv. in Æn. 2.

Suid. in
Φαυνοſ.
Dion. Hal. l. 1.
Joſephus. libr. 2.
contra Apion.

PROPOSITIO IV.

112

eum, ut dixi jam sapius, *prudētissimum consiliarium* appellat. Astronomus fuit Faunus, teste Suida: Moses Olfarfiph dictus est, quod *Solis contemplatorem* sonat. Rex Aboriginum dicitur fuisse Faunus: rex dicitur Moses à Clemente Alexandrino. Magiam calluisse Faunum nonnulli fabulati sunt, ut prædicat Plutarchus: idem à plerisque de Mose proditum esse supra notavimus. Omnes quoque formas induere solitum narrant, quod & de Proteo & Vertumno, qui Mosem adumbrant, dictum vidimus. Faunus civium suorum feritatem narratur mansuefecisse: Moses pius sanctisque legibus Israëliitarum mores mitigavit. Tradit Probus Faunum *primum loca certa numinibus, & adificia quedam, lucosque sacrasse, à quo & sana dicta esse* (sic enim hæc emendamus, quæ in editis libris vitata sunt;) Lactantio quoque dicitur *inceptorum religionum*: Moses inter Israëlitæ piarum & verarum auctor fuit. Faunus demum Deorum albo adscriptus est, quem honorem & Mose pleræque gentes habuerunt. Post mortem oracula dabat Faunus: Moses in scriptis futura mortuus prænuñtiavit.

Clem. Alex. Strom. 1. Plut. in Numa.

Prob. in Virg. Georg. 1.

Lactant. libr. 1. Inst. cap. 22.

Silvanus idem ac Moysi.

Isid. Orig. libr. 8. cap. 11.

Horat. Epist. 1. Virg. Ecl. 10. Inscript. Gruter. pag. 64.

Virg. Æn. 1. 1. 9. Stat. Theb. 1. 5. Plin. libr. 12. c. 1.

Macr. Sat. libr. 1. cap. 22.

Serv. in Æn. 8. Inscript. Gruter. pag. 64.

Virg. Æn. 8. H. dar. Pynth. Od. 9.

Ovid. Met. libr. 10.

Serv. in Georg. 1. Hefych. in Σιλῶνι.

Tacit. Hist. libr. 5. cap. 5.

Ovid. Metam. libr. 10.

Deut. 34. 7.

Inscr. Grut. pag. 4, & 64, & 42.

Pausan. Eliac. 4.

Evander idem ac Moysi.

Num. 27. 18, & seq.

Dionys. libr. 1, & 2.

Pausan. J. read.

V. Constat quoque Mosem esse Silvanum, si probaverimus hunc esse Panem, & Faunum, & Apollinem: quippe cum hi Moses sint. Hoc autem ex Libello de origine gentis Romanæ liquidum est, ubi legitur Faunum, Silvanum, Inuum, & Panem, unum esse & eundem. Glossæ Philoxeni: *Silvanus, Πάν, Θεός ὑλάτος*, Aliæ Glossæ: *Πάν, ὁ δάμνων, Incubus Silvanus*. Onomasticon vetus: *Silvanus, Πάν*. Isidorus: *Pan dicunt Græci, Latini Silvanum*. Idem docet & Papias. Utrumque veteres piabant lacte. Testis Horatius de Silvano: de Pane idem nos supra ostendimus. Fistula adscribitur utrique, & corona pinea, quam capitis Silvani agrestem honorem Virgilius appellat, & sic visitur in Marmoribus antiquis. Hic est, quem Sylvicolam Faunum Virgilius & Statius nominant, indicata obiter nominis origine: nam Silvani à sylvis dicuntur, teste Plinio. Græci ὑλάων & ὑλάων θεόν nuncupant, quod tamen Macrobius & Servius *Agrestis, pastoribus consecratus*. Sæpe etiam in Inscriptionibus Agrestis appellatur Silvanus, ubi perperam pro SILVANO AG. legitur non semel, SILVANO AUG. Idem nempe quem Virgilius *Agrorum, pecorisque Deum* nuncupat. Apollinem autem & Arinæmque quorum utrumque Mosem esse evicimus, ἀγρεία κ' νόμιμον Pindarus dici affirmat. Cyparissi casum, quem Apollini adscribit Ovidius, Servius ad Silvanum refert. Alii Silvanum & Silenum eundem esse, & illum ab hoc nomen habere putant; inferto digamma. Unde apud Hefychium Σιλῶνοι dicuntur Satyri, digamma mutato in gamma, ut sæpe fit. Id si ita est, res quoque pertinet ad Mosem; nam Bacchi, qui Moses est, focius fingitur Silenus. Idem futura prædicat; prædicat & Moses. Afino velitur Silenus; propter notam & supra à nobis memoratam fabulam de grege afinorum agrestium, quorum ductu venas aquarum Moses reperisse narratur apud Tacitum. Silenus suis juvenilibus annis dicitur Ovidio, quod cruda fuerit & viridus Moses senectus, ita ut *non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sint*. Mercurium, Herculem, & Silvanum, συννάς fuisse vetus Marmor ostendit, quod repræsentat Gruterus in Inscriptionibus. Aliud Silvano, Mercurio, & Libero positum est. Sæpe reperias apud eundem Herculi & Silvano solis posita monumenta: quippe & Mercurius & Liber Moses est; Hercules vero Josue Moses focius. Memorabile est, quod legitur apud Pausaniam, Sileni sepulcrum esse in regione Ebræorum: quod de Mose intelligendum est, qui cornutus dictus & pictus est; itidem ut sæpe Sileni exhibebantur, cujusmodi complures marmorei hodieque supersunt.

VI. Nec notis ac symbolis Mosem signantibus Evander vacat. Coævus dicitur fuisse Fauni, qui Moses est; & Herculis, qui Josue. Scribunt igitur primum Evandrum coluisse Herculem tanquam Deum: an propter ista libri Numerorum: *Dixitque Dominus ad eum: (Mosem) Tolle Josue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum: qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine; & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriae tuæ, ut audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulat Dominum*. Mercurii, qui Moses est, ac Themidis, quæ justitiæ & legum Dea est, filius habitus est Evander, teste Dionysio Halicarnassæo; propter leges à Mose Israëlitæ las. Carmentam Romani dixerunt, à carminibus & vaticiniis, ab eaque Evandrum futura didicisse; quo notatur prophetica facultas Mosi. Eandem Ladonis fluvii filiam facit Pausanias, quod à matre Moses in Nilum demissus sit. Arcas fuisse fertur Evander, perinde ut quo notatur prophetica facultas Mosi. Eandem Ladonis fluvii filiam facit Pausanias, quod à matre Moses in Nilum demissus sit. Arcas fuisse fertur Evander, perinde ut quo notatur prophetica facultas Mosi. Eandem Ladonis fluvii filiam facit Pausanias, quod à matre Moses in Nilum demissus sit. Arcas fuisse fertur Evander, perinde ut quo notatur prophetica facultas Mosi. Eandem Ladonis fluvii filiam facit Pausanias, quod à matre Moses in Nilum demissus sit. Arcas fuisse fertur Evander, perinde ut quo notatur prophetica facultas Mosi. Eandem Ladonis fluvii filiam facit Pausanias, quod à matre Moses in Nilum demissus sit. Arcas fuisse fertur Evander, perinde ut quo notatur prophetica facultas Mosi.